

**Avgvstini Valerii, Veronensis Episcopi, De Rhetorica
Ecclesiastica Libri III. Perqvam Ervditi**

Valiero, Agostino

Coloniae, 1582

De vitanda Auaritia. Cap. XI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69050](#)

LIBER PRIMVS.

*firmitatem humanam sàpè considerent, & varias huìus
vitæ calamitates sibi ante oculos ponant; ut ad humilita-
tem, reliquarum virtutum fundamen tum, excitentur.*

De vitanda Auaritia. Cap. XI.

VITANDAM esse Auaritiam, facile erit ostendere, cùm auaros valde detestetur Dominus, cùm miserrimam vitam ducant; cùm ceteris hominibus, sibi ipsis in primis sint odiosi. Dicet immoderatā hanc habendi cupiditatem vitandam; Domini esse terram, & plenitudinem eius, diuitias in vsu, non in possessione consistere; iniquorum hominum usurpationes appellandas, diuites esse ministros Dei, dispensatores, et øconomos, earum potissimum rerum, quas in vnum coaceruari permittit, ut fidelitatis quorundam periculum faciat; alios eleemosynis in cælestem hereditatem recipiat, alios ob tenacitatem aeterno supplicio puniat. Quo loco verba Iacobi Apostoli, si placebit, explicabit: Agite nunc diuites, plorate in misericordiis, quæ euenient vobis, et addet verba S. Augustini, Vnde qui augent res perituras, vnde aeternas amittant.

Devitanda Inuidia. Cap. XII.

INVIDIAM filiæ superbia esse nemo dubitat. cùm enim doleat inuidus bonis alienis, ideo dolet, quia se ille dignum putat. Dicat Ecclesiasticus orator, nihil boni in se habere inuidiam, nisi quod cruciat inuidentes: quod etiam Isocrates scripsit. Addet, esse satanae machinam, qua subdolus ille animarum nostrarum hostis, humano generi insidiatur, præstantia etiam ingenia inuadit, virtutes contaminat, & rectam viuendi rationem peruertit.

C

Eius